

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Ad B. Mariam Virginem, ipso temptationis tempore, precatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Multa ac varia sunt delicta lingue, pericula induicta, ac dāna multiplicia, ideo sepe numero orandum est, ac propositum bonum renouandum contra lingue incontinentiam. Qui enim in lingua non delinquit teste S. Iacobus, perfectus est vir. Et qui lingua Iacobus incontinentis est, huic nulla est religio.

Adhersus incontinentiam lingua & sensuum, precatio.

**D**ominus Deus meus lego & experior, quanta est infirmitas, quanta lubricitas in linguae: da mihi gratiam frenandi & continendi linguam meam. Domine Deus meus, quoties proposui renrenare linguam, ut non dicerem, nisi quæ ad necessitatem meam, aut proximi essent edificationem? & non emendauit me nec institutum seruauit. Legimus quantam gratiam his præbueristi amabilis Iesu, qui à loquendo abstinerunt, donec utiliter loqui didicerunt. Quantum placuit tibi silentium in Catharina Senensi, in Maria de Oegenes? &c. Domine Iesu, eripe me à lingua mea. O si, dulcis Domine Deus meus, dares mihi gratiam hanc, ut non soluerem linguam meam ad loquendum, nisi in laudem & honorem tui, aut pro benefacito tuo! Da mihi Domine DEVS linguam mutam ad omnia mundana, vana, mala & ociosa. Conclude linguam meam, obtura aures meas, purum fac cor meum & incontaminatum ab omni detractione, ab omni murmuratione, ab omni derisione, ab omni carnalitate, ab omni vanitate, ab omni scurrilitate, dulcis Domine Deus meus. Iesu piissime, da mihi linguam secundum linguam tuam, aures secundum aures tuas, cor secundum cor tuum, & omnia membrorum secundum membra tua, ut gratia tua ducente, merear te imitari, tibi merear conformari, per te merear præseruari, tuo lumine dirigi, tui amore ascendere, tua custodia protegi, tuis virtutibus ditarj, tuis meritis saluari, Amen.

Orationes hec dua contra peccata frequentanda sunt: præcipue ab his, qui sunt in conflitu vitorum.

**M**itissime atq; misericordissime Iesu, obsecro te per cruenta, roseatq; vulnera tua, per omnes dolores ac penas tuas, per amarissimam mortem, & per omnia merita ac intercessiones beatissimæ virginis Mariæ matris tuæ & omnium sanctorum tuorum, libera & custodi me à superbia, inuidia, a cœdia, & omni peccato. Da mihi ex toto corde meo te diligere, & voluntatem tuam perfectissimam in omnibus implere, Amen.

Ad B. virginem Mariam ipso temptationis tempore, precatio.

**O** purissima, nobilissima, atq; speciosissima omnium virginum, dignissima Dei mater virgo Maria, obsecro te per profundissimam humilitatem tuam, per sanctissimam castissimamq; puritatem, & per feruentissimam charitatem tuam, per q; omnia dona, virtutes & gratias, quibus ornata es à Deo, ut sis dignissima eius mater, recipere me in custodiam & amorem piissimi materni cordis tui, tanquam filium licet indignissimus sum, & impetra mihi tui amorē sanctissimum atq; castissimum. Impetra mihi perfectissimam humilitatem, castitatem, charitatem, & ceteras virtutes omnes, quibus tu placueristi Deo. Impetra etiā mihi, ut per singularem misericordiam filij tui, per merita passionis eius, & per iugem contritionem peccatorum meorum in hac vita totus purificari merear ab omnibus vitijs & peccatis meis, ut post hanc vitam fine dilatione ad vitam recipar sempiternam. Et propere o dulcissima domi-

na misericordia, impetra mihi, ut semper quæcumq; super me tristia euenerint, patientissime & cum gratiarum actione hic stineam, omneq; tempus vita meæ in gloriam & laudem filij tui fideliter expendam, Amen.

*Ad B. virginem Mariam, pro suis reconciliatione, & peccatorum indulgentia precatio.*

**O** Domina nobilissima, o mater Dei dignissima, o cœli regina excellētissima, extrema mea infelicitas & calamitas ad te me accedere compellunt, sed prohibet & retrahit me à te vilitas mea & turpitudo propria. At quo vadam alio, quam ad clementissimam reus, ad misericordissimam peccator, ad sanctissimam vitiorum omnium plenus, ad beatissimamq; infelix! Ah domina piissima ac despetatorum spes vñica post filium tuum dulcissimum, pedibus tuis prouolutus per omnia quæ in te operatus est Dominus Deus tuus mirabilia, te obsecro ne me despicias aut à te repellas. Impetra mihi apud filium tuum veniam, & gratiam ne mearū iniquitatum recordetur amplius, sed absuemat eas lug imminenæ miserationis abyssus. Recordare quæso, te nobis matrem esse datam: ostende ergo filijs tuis pīg matris viscera, & securum nobis ad filium accessum para. Confitebor tibi o misericordissima domina mea, quod prorsus nihil in me habiter, nisi peccatum. Et si vel millies iurarem me posthac non peccaturum, aut mores meos correcturum, vix sine mendacio hoc fari possem, eo quod ad peccandum & male agendum nimia pronitas, ratione etiam reniente, s̄pē p̄z occupet spiritum meum. Hoc igitur flagito, o mater suauissima, quæ omnibus peccato ribus maxima salutis consequendæ es spes, naufragantibus item in hoc mare magno & spacio vnicum refugium, via & salutis porta, obtine mihi voluntatem perfectam, in aduersis & tentatiōnibus vires, & dimicandi fortitudinem, Dei⁹ mei amorem, ut ex toto corde meo meipsum in primis vincam, peccandi malam consuetudinem gratia filij tui mortificem, & ex int̄mis visceribus cordis mei, quod tam benignissimum & beneficentissimum Domini⁹ Deum meum tam grauiter offendem, doleam. Per te enim o regina cœlorū, omnes ad Christum veniemus saluandi. Utinam nunc scinderetur cur meum lapidem doloris & contritionis magnitudine, lachrimæq; meæ fluenter die ac nocte quod tam rebellis, tam ingratus haec tenus Domino Deo meo fui, & ad omnem Dei cultum augendum siue promouendum tam negligens & tardus, ad malum verò perpetrandum tam promptulus & agilis.

O virginum decus, o Dei mater electissima, o pulcherrima omnium fœminarum, & inter omnes matres benedicta, utinam tua mihi adiuuante gratia ex his meis foecibus quandoq; resurgam, qui ex propria malitia in hoc usque extremæ desperationis barathrum collapsus sum, tuq; sanctissima vita exemplar ad imitandum iugiter ante oculos meos statuam quo sic dæmonum callide deuitam infidias, & virtutibus aggregandis strenuam dem operam. Heu mea mater Dei dignissima ac virgo pulcherrima, quamuis sim turpis, fœdus & fôrdidus peccator, ac tua familiaritate penitus indignus, te tamen amare cupio, tibi placere desidero, actotum me tuis filijsq; tui benedicti obsequijs mancipare posthac intendo. Quare de novo sanctissimis pedum tuorum vestigis me prosterno, suppliciter orans ac deprecans per omnia pietatis & miserationis tuae viscera, per omnia item dona & beneficia, quibus p̄z ceteris hominibus te honorant altissimus, & post se, super omnes creaturas honorari volisit, ut me ( licet fœdum & abominabilem ) filiorum, aut saltē infimorum seruolorum tuorum numero ascribere digneris, talemq; me facias qualem